

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**In Salvianum lucubrationes aliquot doctorum virorum**

**Weitz, Johann**

**Noribergae, 1623**

Lib. III.

[urn:nbn:de:bsz:31-131303](#)

mendicus. Utitur hoc verbo aliquoties. Infral. 4.  
Sulp. Seo.  
u. 29. homini misero & egestuoso. & lib. 5. p. 150.  
u. 160. & lib. 7. p. 221.

maiorum  
mens.  
Subiun:  
nusius &c.

Pag. 57. Deprecatur de hic auget, ut in depo-  
sitione, desubito. Nonius in Rogare. Rogare dici-  
tur deprecari, poscere.

## LIB. III.

Pagin. 65. Et quidem non quero.) Equi-  
derm. n. q.

P. 67. Nascetur.) Nascetur, quia ante a di-  
xit, ira mater est odii.

Pagin. 72. Eculeis.) Quale fuerit genus tor-  
mentiv. elegantem libellum de Eculeo, Hieron.  
Magn., cum additionibus ex Sigonio, Tureto,  
& Anton. Gallionio à Jungermano edidit.

Ibid. Catastis.) Pers. Sarri. ult. Cappadocas ri-  
gida pinguis paruisse catastu. ubi v. Doctiss. Ca-  
saibon, in comment.

Paginā 74. Et ut ipsi putant implere...).

Pag. 79. Sciens fenebras quodammodo.)  
Oculum & mentens tam in puritate, quam acie  
& subtilitate sepiissime conferri, apud omnis gene-  
ris autores nulli est incognitum. Unde & D. Bas-  
ilius rationem redditu difficultatis, que sit in ag-  
noscendis propriis virtutis; propearea quod oculus  
mentis sit oculis corporeis similis. Quemadmo-  
dum igitur actio horum in se non reflectitur,

ita nec illius. Quare fit, ut neg. faciem propriam  
oculi corporei videant, nec propria peccata mens.  
his verbis: τοῦ ὅντις γελῶσθαι οὐ πιστόν. εἰ δὲ  
μάρτυρες ἀφύπαλος τοῦτον βλέπων, εἴδομεν καὶ κέχειται τοῦ  
οὐτοῦ. αἷδα τοῦτον οὐκέτι οὐτοῦ τὸ αἷδα ὄτειν αἰσθητο-  
μενον βλέπων βρερόδος εἰσι τοῦτον τοῦτον διαφερομένων  
ἐπίγνωσιν.

Pag. 84. In templo) Quod nec apud Ethnicos  
licebat, unde illa apud Virg. Procul est prophani.  
Macrobi. lib. 1. in Somn. Scip. Et ut facile secerni  
possit, que ex his a se abdicet, ac velut profana ab  
ipso vestibulo sacra disputationis excludat. v. Bris-  
son. lib. 1. de formul. Et in hanc sententiam insignis  
est locus apud Senec. l. 7. Natural. quest. Egregie  
Aristoteles ait, nunquam nos verecundiores esse  
debere, quam cum de Diis agitur. Intramus tem-  
pla compositi, ad sacrificium accessur i vultum sub-  
mittimus, rogam adducimus, in omne argumen-  
tum modestia fingimur.

Pag. 85. Defleant, \*exeunt.) Inter haec duo  
verba uidetur aliquid omissum, forte tale: Ut no-  
va perpetrent, exeunt. Id enim ferè sequentia e-  
vincunt.

## LIB. IV.

Pagin. 120. Magis rei & criminosi sumus,  
quia non agnoscimus) Scite in eandem senten-  
tiam etiam Seneca. Quid enim prohibet vel paga-  
num in his conferre, quæ ex ductu recte & sane  
rationis profluent? Sic autem Epist. XXVIII.  
In iure est salutis, notitia peccati. Egregie mihi  
hoc